

Approbatio Jurium super Ducatū
Severie Capitulo Cracoviensi.

50

Sigismundus Rex. Manifestum facimus per
presentes universis, quia cum saepius Illris Prin:
ceps Dñus Casimirus Dux Thesinensis et Capne:
us Superioris Silesie Affinus noster Chrīnus,
a nobis postularet uti illi Literas et Privilegia,
quae Reverendus Dominus Joannes Episcopus
Cracoviensis, et ejus Ecclesia haberet ad Duca:
tum Severiensem ostendi fecerimus, asserens
se ad eundem Ducatum, Jus Successionis ha:
bere, cumq; ad ejus preces, et postulationem
induxissemus, dictum Dñum Episcopum et ejus
Capitulum Cracoviense ad ostensionem Privi:
legiorum et Jurium suorum, licet ad id uti non
tenebantur gravate consenserint, et fecissemus
ipsa Privilegia, coram nobis, et dicto Domino
Duce Casimiro Legi, idem ipse Dominus Dux au:
ditis illis et comperto, quod olim Patruus suus
Illustris Dominus Venceslaus Dux Thesinensis
et Severiensis, Ducatum predictum Severien:
sem vendidit in perpetuum, cum Omni Jure
Dominio, nihil Juris in eo sibi et Successoribus
suis reservando, Reverendo olim in Chri:
sto Patri Domino Abigneo Episcopo Craco:
viensi, et ea ipsa Privilegia esse integra et
sufficientia cognovit, fassus et idem Dominus
Dux Casimirus sibi et suis sucesoribus, nihil
Juris ad dictum Ducatum Severiensem com:
petere, ac in ibi coram nobis omni suo Juri
renuntiavit. Nos etiam cognitis et consi:
deratis ipsis Privilegiis, et jure Domini
Episcopi et Ecclesie Cracoviensis illud
approbavimus, et dictum Dominum
Ducem

Cracoviensis Ecclesie

Ducem Casimirum uti cognitor et arbi:
ter, nullum jus ad dictum Ducatum Se:
veriensem habere declaravimus, et declara:
mus, harum Testimonio Literarum quibus
Sigillum Nostrum est appensum. Datum
Craovia Feria quarta proxima post Festu
Assumptionis Beate Mariae Dominae
Nostrae, Anno Domini 1518. Regni
Nostrae XII^o.